

ANALEKTEN.

1.

Lateinische Hymnen aus St. Petersburger Handschriften.

Mitgeteilt

von **K. Gillert.**

In der kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg wird eine lateinische Handschrift aufbewahrt, welche ein Officium auf den heiligen Maurus, den Lieblingsschüler des heiligen Benedict, enthält. Dieselbe trägt die Bezeichnung Cod. membr. lat. F. I, 27 ¹⁾, und kam durch Dubrowsky ²⁾, dem Russland eine Reihe der wertvollsten Codices in verschiedenen Sprachen verdankt, wahrscheinlich aus St. Germain des Prés, nach Petersburg. Sie scheint gegen das Ende des 12. Jahrhunderts geschrieben und zum liturgischen Gebrauche des Monasterii Glannafoliensis ³⁾, der Stiftung von St. Maurus, bestimmt gewesen zu sein. Der Schreiber, der wohl auch zu gleicher Zeit als der Verfasser zu betrachten ist, war ein Mönch, Namens Wilhelm; er nennt sich in einer am Schlusse des Codex befindlichen Notiz: „Hic est liber sancti Mauri, quem scripsit Willelmus, indignus suus monachus, habens annos amplius quinquaginta et ad finem usque perduxit . . .“. Dem Officium, welches die Ueberschrift „Festoria sancti ac beatissimi patris nostri, Mauri abbatis“ trägt, sind Zeile für Zeile

1) d. h. Nr. 27 der Abteilung (Ot delenie) I, in folio. Die Handschrift besteht aus 15 Blättern und beweist ihre Provenienz aus der Dubrowsky'schen Sammlung durch die Worte: Ex musaeo Petri Dubrowsky.

2) Vgl. über ihn: L. Delisle, Le cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale de Paris II, p. 53.

3) An der Loire gelegen, jetzt St. Maur genannt.

die Melodien übergeschrieben, nur einige Hymnenstrophen sind ohne solche geblieben. In einem grossen Teile seines Werkes, besonders in dem nicht rhythmisch abgefassten, hat sich der Verfasser so eng an die *Vita s. Mauri*¹⁾ angeschlossen, dass dieselbe fast wörtlich ausgeschrieben erscheint²⁾. Das *Officium* in seiner Vollständigkeit hier wiederzugeben, halte ich, teilweise aus jenem Grunde, nicht für angezeigt; ich habe vielmehr nur die als *prosaes* und *ymni* bezeichneten Partien, nebst einigen wenigen anderen ausgewählt. Der Verfasser verrät darin ein für jene Zeit nicht unbedeutendes Talent für diese Dichtungsgattung. Die Form der Lieder, hauptsächlich die der Sequenzen, deren ziemlich regelmässige Rhythmen sich in ausgedehntester Masse reimen, weist, auch wenn sie nicht von dem vorhererwähnten Mönche Wilhelm herrühren sollten, doch auf das 12. Jahrhundert hin.

Ymnus.

- | | | | |
|---|---|----|---|
| 1 | Congratulemur domino
solemni cum tripudio,
diei huius annua
recolentes solemnia. | | contriti cordis optima
est factus iugis victima. |
| 5 | In qua exivit hominem
terre commendans pulverem
Maurus, confessor inclitus,
celi coniunctus civibus. | 13 | Qua presentem deificam
monstrabat sibi gratiam,
bonis clarus operibus
multis atque virtutibus. |
| 9 | Clausus in carnis carcere
crucem portavit corpore, | 17 | Nam cecis, claudis, ceteris
egris ac tribus mortuis
salutis medicamina
ope donavit cœlica. |
| | | 21 | Sodalem traxit equore, |

1) Mabillon, *Acta SS. O. S. B. sec. I.*, p. 274. 303. Sie wurde von Faustus, einem Zeitgenossen und Mitschüler des heiligen Maurus, verfasst und später, im 9. Jahrhundert, von Odo, einem Abte des vorhererwähnten Klosters, überarbeitet.

2) Als Beleg dafür mögen folgende Antiphone dienen:

1) *Beatus vir Maurus, clarissimo genere exortus, sancto Benedicto a parentibus est traditus. amen.* (Gereimte Prosa.)

2) *Qui cum adhuc iunior bonis polleret moribus, magistri cepit adiutor existere et eius miraculorum cooperatores esse. amen.*

3) *Hunc sanctus Benedictus ita in dei servicio diligenter informavit, ut nomine post ipsum in sancta observatione fuerit secundus. amen.*

4) *Corpus namque proprium ieiuniis, abstinencia atque vigiliis et nimis semper edomabat frigoribus. amen.*

5) *Exempli magistri sui provocatus indesinenter carnem macerabat. amen.*

6) *His ergo pleniter excrescens virtutibus sancto Benedicto admirabilis habebatur. amen.*

Hierzu wurde Kap. VIII der *Vita* benutzt. Eine ähnliche Benutzung derselben zu Antiphonen ist nach Du Méril, *Poésies latines*, p. 173, von Daniel „*Thesaurus hymnologicus*“, V. 228, erwähnt. Dazu die Bemerkungen von Bartsch, *Die lateinischen Sequenzen des Mittelalters*, S. 144.

- fratrem lusum a demone
perspexit efficacius
ac patris viam celitus.
- 25 Cuius adiuti precibus
ac mundi culpis omnibus
reddamur digni strenue
dono perhennis glorie.
- 29 Sit laus, decus et gloria
regenti cuncta secula
patri deo cum filio
et spiritu paraclito. amen.

Invitatorium.

Adoremus Christum regem,
confessorem dominum,
qui eterna sanctum Maurum
coronavit gloria.

Invitatorium.

Regem cęlestis glorię,
qui regnat eternaliter,
in sancti Mauri meritis
adoremus humiliter.

Ymnus.

- 1 Romanis olim sedibus
dignis ortus natalibus
divina providencia
ut stella fulsit splendida.
- 5 Beati magisterio
Benedicti sanctissimo
adherens multo iustius
Maurus, Christi discipulus.
- 9 Contracto pede seculi
legem servavit domini
terrena pro cęlestibus
lucra mutans mercedibus.
- 13 Quamvis gradu posterior,
nullo factus inferior,
pater dat testimonium
eius signans propositum.
- 17 Nam fame, siti nimia

- atque multa vigilia,
semper tactus cilicio
ardore Christi nimio.
- 21 Multis oracionibus,
cordis mixtis singultibus
dei sibi propiciam
exibebat presenciam.
- 25 Brevi factus deicola
multa signorum gloria
effulsit pastor providus
Gallicis regionibus.
- 29 Ubi carne deposita
per patrata ¹⁾ magnalia
notum factum est seculo,
quod nunc vivat in domino.
- 33 Condignis cuius precibus
trinns et unus dominus
det nobis regna cęlica,
cui virtus et gloria. amen.

Versus.

Patris ad imperium pergens
Maurus Benedicti
Currit in undoso gurgite more
Petri.

Prosa.

Veloci amminiculo
subveni cum discipulo
In suppremo periculo
mortis et in articulo.

Maurus fisus in domino
obedivit ex animo,
Non expectat in pelago
querere navim naufrago.

Sed cęlestis remigio
utitur pro navigio,
Pontem velut in solido
fides facit in liquido.

Sic patrato miraculo,
quod raro fit in seculo,

1) Für das handschriftliche perpetrata.

Patris nec non imperio
cum dei adiutorio

Velociter rediit.

[Als Sequenz erweisen sich diese strophisch gebauten Reime, wenn man von den Melodien absieht, nur durch die beiden Schlussworte.]

Responsorium.

Egregius
confessor domini Maurus
adstantibus
valedicens fratribus
migravit ad dominum
ceteribus monachorum
inter agmina sanctorum
aggregatus angelorum
et particeps factus
premierum eternorum.

Prosa.

Orta de celis gracia
plenus et sapiencia
Maurus pater utilia
proponebat consilia.

Fratres, nolite dulcia
carnis amplecti vicia,
Gehenne multiplicia
perorrete supplicia.

Quanta celorum gaudia,
sanctorum quanta gloria
tenetis in memoria.
In multa paciencia
et in obediencia
manet omnis iusticia.

Sic patrum previa
sequi vestigia
Sanctus et premia
sperare nimia

Ortabatur.

Prosa.

Eximie Christi confessor, dux
monachorum et pastor,
benigne, sanctissime
Maure,
Qui uranica amplectens soli glo-
riam minime viritim
distulisti spernere.

Quare velut in celo
phebus rutilas preclare.
Immortalis cum Christo
factus exultas abunde.

Ergo nos audi pangentes
in tuo amore
odas libentissime
Et istic congratulantes
de tuo corpore,
nobis, pater amande,
Concedens pacem cum salute

Unaque gaudia premierum eter-
norum.

Ymnus.

- 1 Laudet chorus fidelium
regem, auctorem omnium,
perhenni cuius gracia
reis confertur venia.
- 5 Per quem Maurus sanctissi-
mus
in spe celesti positus
fictae fraudis ridicula
precognovit fantastica.
- 9 Nam demon arte pessima
intransit templi limina
sanctum virum exterritat,
dum mortes gregis indicat.
- 13 Ausu cuius precognito
crucis munitus clipeo
pestem iniquam repulit,
que mirum sonum intulit.
- 17 Pro rei certitudine
sancto flenti piissime

- mox angelus apparuit
ac ventura non siluit.
- 21 Esto certus, carissime,
de tuis nullum perdere,
sed cum gregem premiseris
a Christo coronaberis.
- 25 Fratres viginti septies,
vitę bis binis sexies
servatis, divo munere
cęlesti dantur patrię.
- 29 Sic iuxta vaticinium
functus vice mortalium
pater virtute clarior
subsequitur felicior.
- 33 Quo rex ęternę glorię
det nobis semper vivere,
cui sit omnipotentia,
honor, virtus et gloria.

Responsorium.

Miles Christi preciose,
Maure sanctissime,
tuo pio interventu
culpas nostras ablue.

Versus.

Ut celestis regni sedem
valeamus scandere.

Antiphona.

Ave, pater gloriose,
ave sidus iam cęleste,
decorans, Maure, cęlum
nos gubernans visens humum,
quo letemur triumphantes
te patronem venerantes.

Ymnus.

- 1 Luce refulgens aurea
dies claret sanctissima,

- qua Maurus beatissimus
cęlum conscendit monachus.
- 5 Hic ¹⁾ sacri tirocinii,
sanctitatis egregię
et virtutum insignia
divina sumpsit gracia.
- 9 Jussu patris sanctissimi
instar Petri apostoli
undosi limpham gurgitis
planta calcavit stabili.
- 13 Eodem Christo previo
Galliam missus peccit,
quam monachorum gregibus
pollere fecit affatim.
- 17 Cuius oramus precibus:
annue, deus miseris,
ut suspiremus seduli,
quo tecum gaudet perpeti.
- 21 Sit virtus, honor, gloria,
potestas, adoracio
trinitati deifice
per infinita secula. amen.

Ymnus ad nocturnos.

- 1 Eterna, Maure, gaudia
Christi choruschans gracia
votis amasti querere
fame sitique, frigore.
- 5 Sacri minister dogmatis
a patre Gallis mitteris,
devota quorum pectora
verbi cibasti copia.
- 9 Effloruisti plurimis
circundatus miraculis
semper studens excrescere
in sanctitatis culmine.
- 13 Sermone discis angeli
dei secreta maximi
eius repletus lumine
et roboratus fame.
- 17 Clarior omni sidere

¹⁾ Die Handschrift hat hi.

iam gaudes agni munere
in arce pollens etheris
vitę perhennis premiis.

- 21 Sit sempiterna gloria
patri deo cum filio,
sancto simul paraclito
in sempiterna secula.

Ymnus.

- 1 Norma iubarque fidei,
Maure, clarescit inclite,
defunctis vitę redditor
et ceco lucis prestitor.
5 Magistri factus collega,
decus formaque monachis,
virtutum septus gemmulis
sulcasti callem subditis.
9 Tui patrisque obitus
et fratrum longe prescius
munisti verbis flosculis
magnum iter ad superos.
13 Errantes oves excipe,
pastor pie, sanctissime,
ad regnum celsitudinis
sacris adtolle brachiis.
17 Christe, precamur fragiles,
ut nostra solvas crimina,
qui es cum patre filius
semper cum sancto spiritu.
amen.

Responsorium.

Sancte dei Maure,
clementi quesumus aure,
suscipe servorum
preces et vota tuorum.

Versus.

Gemma senatorum,
clarissime dux monachorum.

Die beiden jetzt folgenden
Sequenzen sind ausnahmsweise
nicht als solche in der Hand-

schrift bezeichnet; einer jeden
aber geht statt dessen ein Alle-
luia voraus.

Maurus lucida
scandit poli culmina.

Hodierna iocondetur
die plebs angelica,
Hodierna die mater
iubilet ecclesia.

Grex ordinis monastici,
odas date cantici,
Gesta Mauri concinite
in voce letitie.

Hic duodennis
Benedicto traditur.
Annos bis denos
hoc sub duce alitur.

Maure sub hoc duce quid
fueris,
prodigiis patet innumeris.
Cum patris imperium peragis
absque cruore fluentia premis.

Tu linguę reddis
officiumque¹⁾ pedis.
Das vires fractis,
ceca videre facis.

Qui tibi obloquuntur,
demone invaduntur.
Sint laudatores tui
tuis sub alis tuti.

Demon tua rura tremiscit,
Obsessaque corpora linquit.

Tua mors quoque²⁾ verba
pavescit,
Tibi viva cadavera reddit.

Tu das bibendo
vinum non deficere,
Membra persone
nectis paralitice.

1) hs. quę.

2) hs. quę.

Labrum naresque,
 morbos curas canceris,
 Secreta noscis
 pandentibus angelis.

Annorum libram auream
 sumis et mittis¹⁾ lauream.
 Nos post decursum stadium
 fac promereri bravium.

Prestet hoc per te
 pater atque natus
 Prestet hoc pater
 parilique flatus,

Deus unus. amen.

Inclita diei huius
 recolamus festa.

Precelsa canentes melodia
 regi regum preconia,
 Qui Maurum levitam perpetua
 sublimavit in gloria.

Peracta
 forti de armato victoria,
 Victrici palma,
 felici pugna,
 longa perhennique memoria.

Hic mox in ipsa
 tenera infancia
 Benedicti patris
 obediencia

Clarus enituit,
 et post Petrum dum calcat
 equora,
 consodali vitę
 fert suffragia.

Alter non tercius
 cernit demonis ridicula,
 Qualiter abstraxit ab ecclesia
 fratrem foras ad spectacula.

Levitica stola
 debilem reformat
 sospitate prima.

Hinc cura maxima
 veneratur illum
 Benedictus abba.

Comitis vice domini
 curat incommoda,
 fracti famuli
 sanctus sanat vestigia,
 Contulit cecogenita
 perpulchra lumina,
 que non dederant
 nature munera,
 tresque mortuos vite
 reddidit sancte
 per trinitatis opera.

Patris dulcissimi,
 dum migrat ad superna,
 cernere gloriam
 dignus est e terra.
 Lampades choruscant
 ornamentaque mira;
 angelus indicat,
 cuius hec sit via.

Nos merita tua,
 sanctę, clarissona
 resonamus lira.
 Tu corpora nostra,
 tu semper animas
 gracia paterna

Refove, petimus,
 salute eterna
 Et conserva.

Diese Sequenz ist nicht so
 regelmässig wie die vorher-
 gehende gebaut.

*Ymnus sancti patris nostri
 Mauri abbatis.*

1 Inter excelsos viveosque
 cetus,
 qui sacris celum meritis
 adornant,

¹⁾ hs. mitis.

- inclita Maurus pater ante
Christum
luce choruscat.
- 5 Hic puer parvus domino
sacratus
et Benedicti patris ore doctus
gracia Christi duodennis
actus
cavit iniquos.
- 9 Parcior victus, cilicina vestis,
leccio psalmi, lacrimae per-
hennes
hauerant illi meritum reatus
ad nichilantes.
- 13 Cum suum Christus decorans
alumpnum
illius signis bona publicavit,
namque non paucis precibus
salutem
contulit egris.
- 17 Ad patris iussum laticis
profundi
ambulans sicco pede pressit
undas
et crucis signo nova pre-
paravit
lumina ceco.
- 21 Nunc pius nobis veniam
preceatur
et sua nostrum prece fran-
gat hostem,
eius ut celi pariter queamus
scandere sedem.
- 25 Laus et inensum decus
atque lumen
trinitas rerum, tibi sit, crea-
trix,
cuius est simplex deitas
gubernans
secula cuncta. amen.

Ymnus ad nocturnos.

- 1 Deus bonorum premium,
lux vera te sequentium,
iuva colentes annua

- Mauri tui solemnna.
- 5 Qui more vivens celico
sub habitu monachico
tua repletus gracia
carnis repressit vicia.
- 9 Dehinc nitens virtutibus
et caritatis actibus
iussu magistri Galliam
petit relinquens patriam.
- 13 Ibi struens cenobium
fit dux tibi placencium,
quos voce, signis, opere
iuste docebat vivere.
- 17 Tunc splenduit miraculis
factus lucerna seculis,
nunc noster his temporibus
protector extet, quaesumus.
- 21 Summo patri ac filio
cum spiritu paraclito
uni deo sit gloria
per secula perhennia. amen.

Ymnus matutinis laudibus.

- 1 Jam, Maure, summis cetibus
coniunctus in celestibus
in valle fletus positos
tuos revise subditos.
- 5 Qui fraude raptum demonis
resuscitasti mortuum,
nos precibus et meritis
a morte salva criminum.
- 9 De te loquentes perfide
duro repletos demone
sanos crucis iuvamine
non distulisti reddere.
- 13 Ergo, pater sanctissime,
tuos sequaces respice,
hostem repelle pessimum,
gregem fove monasticum.
- 17 Tuo precatu iurgia
pellantur et lascivia,
Christi ministros caritas
et mentis ornet puritas.
- 21 Summo patri ac filio
cum spiritu paraclito

uni deo sit gloria corroborando mentem
per secula perhennia. amen. bene meditantem.

[Ohne Ueberschrift.]

In domino laudem
tibi modulantem
Maure, serva plebem
Christo fundens precem.
Quo conterat hostem
semper impugnantem,

Qui prophanam civitatem
verbum dei spernantem,
Exorando cœli regem,
dedisti precipitem,
A nostris ablue
viciorum caliginem
Mentibus, inserens
iusta, sacram pietatem
Indul

Die Schlussworte der Sequenz sind von Dubrowsky durch Rasur getilgt worden, um das unvermeidliche „Ex musaeo Petri Dubrowsky“ anbringen zu können.

Diesen Maurusliedern lasse ich eine Sequenz auf die Maria Magdalena folgen, die sich in einer andern Petersburger Handschrift¹⁾ vorfindet. Da in letzterer die „Meditationes“, eine Schrift Odos v. Cluny, enthalten sind, so liegt der Gedanke nahe, auch dieses Gedicht ihm zuzuschreiben, besonders wenn man bedenkt, dass auch schon anderswoher Verse, in denen der Cluniacenser Abt jene Heilige feiert, bekannt sind²⁾. Der Form nach gehört diese Dichtung mehr zu jener älteren Gattung von Sequenzen, in denen, unbeschadet der strengen Durchführung der Melodien, der Rhythmus noch nicht so durchgebildet und anstatt der späteren regelmässigen Reime vielfach entweder gar keine oder nur Assonanzen am Schlusse der Versikel vorkommen.

Adest precelsa
cunctis dies digne celebranda.

In qua scandit ovans
Magdalene Maria
Celos ignicoma
comitante caterva.

Jubilet hodie,
psallat, tripudiet
omnis terra.

Sedes astriferas
sole splendidior
subit stella.

Clarissima stirpe sata mulier
meretrix impudica quondam fuit
ista.

In Symonis leprosi repperit te,
Jesu, lumen verum, virtus, gloria
nostra.

¹⁾ Cod. membr. lat. Q. I, 51, ex musaeo Petri Dubrowsky. Vgl. meine „Mitteilungen“ im Neuen Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde V, S. 262.

²⁾ Vgl. Bähr, Römische Literaturgesch., Karolingisches Zeitalter, S. 127.

Mox secus pedes
 rore suo nectaris
 liquefacta iacet illa.
 Lacrimis lavat,
 crinibus tergit,
 porrrigit oscula grata.

Tuis pedibus
 fert alabastra,
 infundit eis
 ungenta sacra,
 condescens miseris eius
 misericordia magna.
 Solvis gracia
 quam largiflua
 eius vincula
 multiplicia,
 pie pater, patris summi proles,
 cunctorum salus atque vita!

Hinc fit sancti
 spiritus aula,
 que septem demonum
 fuit antea.
 Et fit illa
 sublimis hera,
 que Jesum meruit
 cernere prima.

Jesus tibi
 apparuit, primum
 cum surrexit
 post fracta tartara.
 Resurgentem

discipulis Christum
 cecinisti,
 o felix Maria.

Prior Eva
 fuit olim
 mortis nuncia,
 Et tu prima
 nunciasti
 vite gaudia.

Laus, honor, gloria
 sit deo per secula,
 cuius prudentia
 disponit omnia,
 per quam nunc virago regia
 translata est ad ethera.
 Virginum agmina
 illustrans Maria
 in celi curia,
 peccatrix femina,
 fulges prospicua
 spem lapsis dans de venia.

Congaudet nunc tibi ecclesia,
 et letantur orbis climata.
 Te miratur falans angelica,
 tibi tuba plaudit armonica.

Tu pro nobis esto sollicita
 prefovens nos assidua.
 Tecum nobis stella maris Maria
 nunc et semper et ubique ma-
 neat propicia.